

habitudinem illam, in qua moralitas formalis consistit; in ratione vero specifica debeat constitui per habitudinem ad obiectum, oppositam ei, quae constituit bonitatem moralem: unde cum bonitas moralis importet habitudinem convenientiam ad rationem, mediante obiecto, malitia moralis debet in ratione specifica constitui per habitudinem disconvenientiam & disconvenientiam ad rationem, seu per ordinem transcendentelem ad obiectum ut difforme recte rationi. Dixi: Supposito quod malitia sit forma positiva: quia celebris est controversia circa constitutionem peccati commissionis, an scilicet illud per aliquid positivum, vel privativum, aut per utrumque simul in ratione mali moralis constituitur? De quo tuse in tractatu de peccatis disp. 4. art. 2. ubi haec questio propriam sedem habet, licet ab aliquibus hic pertractetur.

ARTICULUS II.

Utrum indifferentia sit aliqua species moralitatis, media inter bonitatem & malitiam?

Afferunt Medina, Martinez, Joannes a S. Thom. Ildonphus Baptista, & alii ex nostris Thomistis: negant vero Carol. Lorca, Cornejo, & Salmanticenses, cum quibus Dico, indifferentiam non esse aliquam speciem moralitatis, mediam inter bonitatem & malitiam; subindeque actum moralem adaequate dividit in bonum & malum.

22. Probatur primo: Omnis species moralitatis debet esse positiva, seu per aliquid positivum constitui: Sed indifferentia, quam aliqui actus habent ex sua specie seu obiecto, non constituit in aliquo positivum, sed in mera negatione bonitatis & malitiae, cum non repugnantia ad eas aliunde quam ex obiecto habendas: Ergo non constituit speciem moralitatis, mediam inter bonitatem & malitiam. Major pater: ratio enim generica positiva non potest per puram negationem contrarij & determinari ad certam speciem, cum ex ente & ente non possit aliqua species constitui: moralitas autem actuum humanorum in aliquo positivo consistit, ut disputatione procedenti ostendimus: Ergo omnis species moralitatis debet esse positiva, & per aliquid reale & positivum constitui. Minor autem, in qua est difficultas, sic probatur. Omnis species positiva debet posse salvari in aliquo individuo: Sed non potest dari aliquis actus indifferens in individuo, ut docet S. Thom. hic art. 9. & nos infra disp. 5. ostendimus: Ergo indifferentia non est species aliqua positiva moralitatis in actibus humanis, sed sola negatio bonitatis & malitiae, cum non repugnantia ad eas aliunde quam ex obiecto habendas. Unde idem S. Doctor ibid. sibi hoc argumentum obijcit: Nulla species est quae sub se non continet vel continere possit aliquod individuum: Sed aliquis actus est indifferens secundum suam speciem, ut dicitur esse. Ergo videtur quod aliquis actus individualis potest esse indifferens. Et respondet: Aliquem actum esse indifferens secundum suam speciem, potest esse multipliciter: uno modo scilicet, quod ex sua specie debeat ei quod sit indifferens; & sic procedit ratio: sed tamen ipso modo nullus actus ex sua specie est indifferens; non enim est aliquod obiectum humani actus quod non possit ordinari vel ad malum vel ad bonum, per suam vel circumstantiam. Alio modo potest dici indifferens ex sua specie, quia non habet ex sua specie quod sit bonus vel malus: unde per aliquid aliud potest fieri bonus vel malus: sicut bonum non habet ex sua specie quod sit albus vel niger, nec tamen habet ex sua specie quod non sit albus aut niger, potest enim albedo vel nigredo supervenire homini albus vel niger, quod a principiis speciei. Quibus verbis ponit S. Doctor indifferentiam actuum humanorum, non in aliquo positivo quod desumatur ab obiecto, sed potius negatione formalitatis, quae ab obiecto desumuntur, cum non repugnantia ad eas aliunde habendas, scilicet a fine aut circumstantiis; & sic solvit argumentum sibi propositum, & salvat non dari actum indifferens in individuo, licet aliquis actus dicatur indifferens ex sua specie, quia non dicitur indifferens ex sua specie positive; sed negative, quatenus ex vi suae speciei, in esse entis considerata, nec bonitatem nec malitiam moralem sibi vendicat, potest tamen utramque habere aliunde. Eo modo quo natura humana non habet secundum se quod sit singularis, aut universalis, potest tamen aliunde habere universalitatem, nempe ab intellectu, & singularitatem a principiis individuantibus.

23. Probatur secundo conclusio: Duae sunt tantum species moralitatis obiectivae: Ergo & moralitatis formalis. Consequenter patet: quia moralitas formalis in actibus humanis desumitur a moralitate obiectiva, quae reperitur in obiectis. Antecedens probatur: Obiectum non respicit rationem & regulam, nisi aut ipsam adaequando, aut non adaequando: si eam adaequat, est ipsi conforme; si non adaequat, difforme: Ergo duplex tantum moralitas obiectiva potest reperiri in obiectis actuum humanorum, nempe conformitatis cum lege, quae significat bonitatem moralem, & difformitatis seu deviatum a lege, quae malitiam moralem constituit; & inter illas nullam potest dari medium positivum, sed tantum negativum per negationem utrius-

que extremi: sicut nec inter par & impar, simile & dissimile. Hanc rationem tangit D. Thom. hic art. 8. his verbis: *Actus humanus quia dicitur moralis, habet speciem ab obiecto relicto ad principium actuum humanorum, quod est ratio. Unde si obiectum includat aliquid, quod conveniat ordini rationis, erit actus bonus secundum suam speciem, sicut dicitur elementum indigeni: si autem includat aliquid quod repugnet ordini rationis, erit malus actus secundum suam speciem, sicut dicitur sicut, quod est tollere aliena. Contingit autem quod obiectum actus non includit aliquid pertinens ad ordinem rationis, sicut levare fessulam de terra, ire ad campum, & huiusmodi; & tales actus secundum speciem suam sunt indifferentes. Ubi, ut videt, ordinem ad rationem ex quo est tota moralitas, dividit adaequate in ordinem convenientiam, qui constituit bonitatem, & in ordinem disconvenientiam, qui constituit malitiam: quicquid vero nec convenientiam est, nec disconvenientiam, sed indifferentem, excludit a praedicto ordine, & consequenter a linea moralitatis, quae in eo constituit.* Dices: inter convenientem & disconvenientem mediare indifferens, seu non convenientem regulam, & hoc esse tertiam speciem moralitatis, distinctam a bonitate & malitia.

34. Sed contra: Vel hoc quod dicitur non convenientem, subest actus regulae rationis, vel non? Si non subest, eo ipso nulla dabitur in eo moralitas, quae essentialiter consistit in praedicta subiectione, atque adeo indifferentia illa, vel non convenientia, non erit species moralitatis. Si autem subest, praedicta non convenientia nequit esse solum negativa, sed privativa, vel contraria quae eisdem ac disconvenientia: sicut omisio actus est privative culpabilis & peccaminosa, quando talis actus subest legi & cadit sub praepcepto. Neque valet, si dicas actum indifferens cadere sub lege, non precipiente aut prohibente, sed permitten- te, & ex illa ejus obiectum aliquam moralitatem habere. Nam, ut infra dicemus, actus indifferens non cadit sub lege positive, sed sub lege negative, in quantum lex non curat de ipso, & ab eo suam dispositionem retrahit: quod ad moralitatem non sufficit.

S. I.

Solvuntur objectiones.

Obijtes primo: Ex D. Thoma hic art. 8. ad 1. & q. 1. 25 de malo art. 1. & q. 2. art. 5. Bonum & malum in moralibus non opponitur immediate: Ergo medietate inter illa tertia aliqua species, quae non potest esse alia quam indifferentia. Respondet: Bonum & malum non esse opposita immediate simpliciter & absolute, quia inter illa absolute datur nempe actus humanus physice consideratus: Sed solum in genere moris, quatenus immediate dividunt genus illud, sicut rationale & irrationale dividunt animal.

Obijtes secundo: Omnis actus ex deliberata voluntate procedens, est moralis: Sed actus indifferens secundum speciem, ut ire in hortum, colligere flores, levare fessulam, ex deliberata voluntate procedunt, ut supponimus: Ergo sunt morales, subindeque aliquam speciem moralitatis constituent. Minor patet, Major autem probatur ex D. Thom. supra q. 1. art. 3. in fine corporis, ubi ait: *idem sunt actus morales, & actus humani: Sed actus qui ex deliberata voluntate procedunt, sunt humani, ex eodem S. Doctore ibid. art. 1. sic dicente: Illa ergo actiones proprie humanae dicuntur, quae ex deliberata voluntate procedunt: Ergo actus ex deliberata voluntate procedentes, sunt morales.*

Respondet distinguendo Majorem: est moralis secundum speciem & ex obiecto, nego: in individuo, & ex fine, vel aliis circumstantiis, concedo. Sicut ergo omnis homo in individuo vel est albus, vel non albus; si tamen homo spectetur secundum essentiam, neque est albus, neque non albus, sed abstrahit ab utroque: ita similiter, licet quilibet actus liber in individuo sit moralis, si tamen consideretur secundum rationem specificam & prout tendit in obiectum abstrahens a bonitate & malitia, non est moralis vel non moralis, sed abstrahit ab utroque.

Instabis: Actus levandi fessulam v. g. prout praecipit terminatur ad tale obiectum, prescindendo a quacunque alia circumstantia, sic ex deliberata voluntate: Ergo secundum rationem specificam, & prout terminatur ad tale obiectum, est moralis, & consequenter sub aliqua specie moralitatis. Unde D. Thom. q. 2. de malo art. 5. in corpore ait: *Si ergo loquamur de actu morali secundum suam speciem, sic non omnis actus moralis est bonus vel malus, sed aliquis indifferens.* Ubi actum indifferens appellat moralem secundum suam speciem: Non ergo solum ex ratione individuali, & ex fine, aut aliis circumstantiis; sed etiam ex obiecto, & ratione specifica, moralis est.

Respondet, quod licet actus indifferens, ut talis, & secundum rationem specificam consideratus, procedat a ratione, seu voluntate deliberata, modo physico, scilicet cum indifferentia ad utrumlibet; non tamen ab ea procedit modo morali, quia ab ea non procedit per principia moralia & cum determinatione legis: unde ut talis non pertinet

DISPUTATIO III.

De principiis Moralitatis.

Ad eandem questionem D. Thoma.

Trias assignat D. Thom. art. 2. 3. & 4. hujus q. 18. moralitatis principia, nempe, obiectum, circumstantias, & finem, de quibus breviter hic agendum est.

ARTICULUS I.

An prima & specifica moralitas in actibus humanis ex obiecto desumatur?

Obiectum non sumitur hic communiter, & in tota sua latitudine, pro omni quod obicitur voluntati; sic enim comprehendit etiam finem & circumstantias, cum omnia ista a voluntate attingantur, sed sumitur proprie & stricte, pro eo scilicet quod primo & per se subicitur actui, & ab eo attingitur; quo pacto distinguitur a fine, & a circumstantiis, quae secundario tantum, & ex consequenti ab actu morali attinguntur. Hoc praemisso, pro resolutione difficultatis propositae, fit

S. I.

Conclusio affirmativa sanatur.

Dico igitur, Primam & specificam actuum humanorum moralitatem sumi ex obiecto, non quidem in esse rei & physice, sed in esse morali, & ut consonat, vel dissonat rationi, considerata.

Probatur prima pars ratione D. Thom. hic art. 2. Sicut in naturalibus prima & specifica bonitas rei naturalis sumitur ex forma, quae datur illi speciem; ita in moralibus prima & specifica bonitas moralis attendi debet ex forma, quae dat speciem actui humano: Sed obiectum se habet ut forma dans speciem actui morali: Ergo ab eo sumitur prima & specifica bonitas moralis in actibus humanis. Minor probatur: Omnis motus & via ad terminum, respicit ipsum tanquam propriam formam; quia comparatur ad eum veluti potentia ad actum, & sicut determinabile ad determinativum: Sed actus est essentialiter via & tendentia ad obiectum: Ergo ipsum veluti propriam formam respicit. Quod diximus de bonitate, dicendum est etiam de malitia: Sicut enim in naturalibus primum malum est, si res genuina non sequitur formam specificam, puta si non generetur homo, sed aliquid loco hominis: ita primum malum in actibus moralibus est, quod est ex obiecto: subdit S. Doctor ibidem.

Confirmatur: Actus moralis est essentialiter respectivus, nedum in esse natura, sed etiam in esse moris: Ergo debet sumere primam suam moralitatis speciem ab eo quod primario respicit. Sed primum quod respicit, tam in esse physico, quam in esse morali, est obiectum; circumstantias enim attingit secundario tantum & ex consequenti: Igitur sumit primam speciem moralitatis ab obiecto.

Quod autem (probatur secunda pars conclusionis) eam non sumat ab obiecto in esse rei, sed in esse moris considerato, patet: quia diversi actus voluntatis, quorum unus est bonus & alius malus, possunt ferri in idem obiectum in esse rei & unitivo: nam eadem pecunia, v. g. potest esse obiectum furti, & restitutionis; idem cibus obiectum gulae, & temperantiae; eadem semina matrimonii conjuncta obiectum adulterii, & actus conjugii: quemadmodum in scientiis eadem conclusio, ut attingitur & demonstratur per diversa media, pertinet ad diversas scientias: unde sicut unitas specifica scientiarum sumitur ab obiecto, non in esse rei, sed in esse scibilis spectato, specifica actuum humanorum moralitas est ex obiecto, non in esse rei, sed in esse moris, & ut consonat vel dissonat recte rationi, considerato.

S. II.

Principia objectiones solvuntur.

Plures tamen ac difficiles contra hanc conclusionem ferri solent instantiae. In primis obijcit: Actus humanus debet sumere primam suam moralitatis speciem ab eo quod primo respicit: Sed primum quod respicit est finis, obiectum enim est volitum propter finem, ac proinde finis est prius volitum: Ergo actus humanus primam suam moralitatis speciem non accipit ab obiecto, sed a fine. Unde S. Thomas hic art. 6. & supra q. 1. art. 3. docet actus morales sumere speciem ex fine.

Respondet primum, quod actus humanus respicit, per se quidem finem operis, qui dicitur finis intrinsecus: & coincidit cum obiecto, non vero finem operantis, qui dicitur finis intrinsecus. Ratio est, quia tendentia ad hunc vel illum finem operantis accidit actui humano, & esset idem, quamvis in illum non tenderet; cum tamen ordo ad finem intrinsecum insit illi per se & invariabiliter, ut patet cum

pertinet ad genus moris, solum initiative, radicaliter, & indirecte, quatenus adjuncta aliqua circumstantia potest inducere moralitatem: eo modo quo fundamentum pertinet initiative ad genus relationis, & negatio ad genus forma quam removet. Et in hoc sensu D. Thom. loco cit. actum indifferens vocat moralem secundum suam speciem.

31. Urgebis: Ille actus est formaliter moralis, qui est subiectus legi, & circa quem lex habet specialem actum: Sed actus ex obiecto indifferens, sunt subiecti legi, & respectu horum lex habet alium specialem actum: Ergo sunt morales formaliter & essentialiter, & non solum fundamentaliter & initiative. Major patet, quia moralitas actus sumitur ex subiectione ad legem aliquid de eo dictantem. Minor probatur ex D. Thoma infra q. 92. art. 2. ubi docet quod lex habet tres actus, scilicet, prohibere, precipere, & permittere. Et addit: *Sunt autem tres differentiae actuum humanorum. Quidam sunt boni in genere suo; & respectu horum ponitur legis actus precipere seu imperare. Quidam autem sunt actus mali in genere suo, sicut actus vitiosi: respectu horum lex habet prohibere. Quidam vero ex genere suo sunt actus indifferentes: & respectu horum lex habet permittere. Ergo circa actus indifferentes datur aliquis specialis actus legis, scilicet permittendo.*

32. Confirmatur: Nihil est in rerum natura, sive bonum, sive malum, sive indifferens, quod actu non cadat sub divina providentia: Ergo etiam quod non cadat sub aliqua lege, saltem sub lege aeterna, quae est prima regula totius moralitatis. Ergo actus indifferens sunt subiecti legi, subindeque intra genus actuum moralium existunt, & aliquam speciem moralitatis constituent.

33. Pro solutione hujus argumenti, sciendum est, permittere dici actum legis positivum, & negativum. Dicitur actus positivus uno tantum modo, quando scilicet lex dispensat in aliquo quod debet fieri, v. g. in recitatione officii, in jejunijs, & similibus, quae lex praecipit, & in quibus superior ex iusta & legitima causa dispensat. Dicitur vero actus negativus quadrupliciter. Primo quando lex non praecipit quod melius est: sic matrimonium dicitur permittum, quia virginitas non est in praepcepto. Secundo, quando lex non prohibet: sic convolare ad secundas nuptias dicitur permittum, quia non est prohibitum. Tertio, quando aliquid non impedit, cum possit: sic Deus dicitur permittere peccatum, quia illud non impedit. Quarto, quando lex non punit aliquid malum ad vitandum deterius. Ad hoc ergo ut aliquis actus sit in genere moris, debet ejus obiectum esse subiectum legi positive, id est secundum actum positivum, & non sufficit quod subdatur negative: actus autem ejus subiectum subditur legi positive permittendi, est bonus, si fiat eo modo quo lex permittit; malus vero, si fiat alio modo: quia in primo casu est conformis legi dispensanti, & tollenti ab obiecto deformitatem quam alius haberet; in secundo vero est circa obiectum difforme legi. Hoc praemisso

34. Ad argumentum respondeo, distinguendo Majorem: Ille actus est formaliter moralis, qui est subiectus legi, positive, concedo Majorem: negative, nego Majorem. Similiter distinguo Minorem: Actus indifferens ex obiecto sunt subiecti legi, negative, concedo: positive, nego. Illi enim dicuntur permitti, a lege solum negative, quia lex de illis non curat, nec eos praecipit aut prohibet; sed eis suam dispositionem negat, mere indifferenter se habendo circa illos. Unde quando S. Thomas docet permittere esse actum legis, vel loquitur de permissione positiva, quae lex dispensat in aliquo quod erat prohibitum, & non licebat fieri, illudque permittit, v. g. comedere carnes tempore Quadragesimae, aut nubere cum consanguinea in secundo gradu: vel si loquatur de permissione pure negativa, non sumit actum proprie & stricte, sed lato modo, & prout abstrahit ab actu vero, qui dicitur talis realiter, & ab actu grammaticaliter dicto, qui in re talis non est, sed significatur ad modum actus, ut quiescere, otari, & similia, quae licet vere actus non sint, immo potius sint carentia actus, tamen ad modum actus significantur.

35. Ad confirmationem, concedo Antecedente, distinguo Consequens: Nihil est quod non cadat sub lege aeterna, ut est ratio divina providentiae, & in ordine ad Deum, transit: quod non cadat sub lege aeterna, prout est regula voluntatis creatae, ac proinde in ordine ad nos, negatur. Igitur lex aeterna potest dupliciter considerari: vel ut est ratio divina voluntatis, quae regulatur actus ipsius Dei in productione & gubernatione creaturarum: vel ut medio distinctamine rationis participatur in nobis, & applicatur ad regulandum actus nostros, prout a nobis abere exorcitur. Primo modo sub illa cadunt omnia quae sunt in rerum natura, sicut omnia cadunt sub providentia & voluntate divina: secundo autem modo ea solum cadunt sub illa, quae cadunt sub hominis potestate secundum quod de illis ratio distat esse ab homine faciendae, vel non faciendae: & quia de indifferens secundum se nihil distat, ideo prout sic, non cadant actu sub praedicta lege, atque adeo ex habitudine ad illam non respiciunt aliquam speciem moralitatis.



cum quis vult dare elemosynam ad satisfaciendum pro peccatis, volitioni enim dandi elemosynam, secundum se sumpta, accidit ordinari ad satisfaciendum, & esset eadem ablati hac ordinatione: tendentia vero ad ipsam elemosynam honestatem tanquam ad finem intrinsecum, ita inest illi per se, ut ea sublata evanesceret. Unde quando D. Thomas locis citatis docet actum humanos seu morales finire specie ad finem, loquitur de fine operis, qui convertitur cum objecto, non vero de fine operantis, qui ab ipso distinguitur. Aut si loquitur de fine operantis, per actum humanum intelligit ipsum actum imperantem, qui finem ut proprium immediatum objectum respicit. Vel etiam dici potest, ipsum loqui de actibus imperantis formaliter & reduplicative, qua tales sunt: illi enim sub hac formalitate & reduplicacione sumpti specificantur a fine, sicut & ipse actus imperans. De quo disp. sequenti art. 3.

6 Obiectis secundo: Dantur actus boni ex sua specie, qui nullam habent bonitatem ex objecto, sed solum ex fine ad quem ordinantur: Ergo prima & specifica bonitas actuum humanorum non sumitur ex objecto. Consequentia patet. Antecedens probatur in actu fortitudinis, qui ex proprio objecto, quod est tolerantia passionis aut mortis, nullam habet bonitatem, nisi adjungatur finis extrinsecus alterius virtutis perfectioris, v.g. fidei, aut iustitie, ut docet idem D. Thomas 2. 2. q. 124. art. 3. Idem patet in actu virginitatis, cuius propria bonitas sumitur ex fine religionis, qui est cultus Dei, ad quem ordinatur per votum; & ideo seculo voto, & cessante tali fine, virginitas non est specialis virtus, ut tradit idem S. Doctor ibid. q. 152. art. 3. ad 3.

7 Respondeo negando Antecedens. Ad cuius probationem dicendum cum Cajetano 2. 2. q. 123. art. 7. actum fortitudinis habere suam bonitatem ab objecto proprio & immediato, quod est tolerare passionem aut mortem, non vero a fine operantis, nisi ad summum tanquam a conditione extrinsece connotata, sine qua huiusmodi objectum non esset bonum honestum. Dubius enim modis potest requiri finis bonus operantis ad actum bonum, nempe per modum rationis formalis ex parte objecti se tenentis, & per modum conditionis seu extrinsece connotata; tunc requiritur per modum rationis formalis, quando etiam eo posteo objectum nullam habet bonitatem, preter bonitatem ipsius, ut cum aliquis vult ire in agrum ad acquirendam sanitatem, egressus enim iste ad agrum non aliam habet honestatem, preter eam que est in acquisitione valetudinis: tunc vero se habet per modum conditionis, seu extrinsece connotata, quando objectum ex propria materia speciem habet honestatem, preter honestatem finis, quam tamen non haberet absque illo vel alio simili connotato; & ita se habet sustinentia passionis aut mortis, & omnimoda abstinentia a venereis: quamvis enim neutrum istorum habeat absolute honestatem, nisi connotet aliquem honestum finem, ad quem ordinatur; ex hoc tamen quod huiusmodi finem connotet, habet ex propria natura honestatem distinctam ab honestate finis; sustinentia quidem passionis aut mortis, si fit propter fidem, aut iustitiam; abstinentia vero omnimoda a venereis, si fit ad vacandam rebus divinis: ex imperio religionis, & ex amore celestis contemplationis. Ratio vero a priori, ob quam finis imperantis se habet interdum ut ratio formalis, interdum ut pura conditio, est quia objectum habet aliquando speciem difficultatem, quam ratio postulat vinci, & in qua vincenda non potest non esse specialis honestas pertinet ad speciem virtutem: interdum vero non est illa specialis difficultas. Utrumque patet exemplis adductis: nam in eo quod est pati mortem propter fidem, & abstinere a venereis, ob amorem celestis contemplationis, est specialis difficultas, quam ratio postulat vinci, distincta ab ea quam habet confessio fidei, aut amor celestis contemplationis; at vero in egressu ad agrum per se loquendo, non est difficultas specialis, quam ratio postulat vinci, distincta ab ea que reperitur in acquirenda valetudine.

8 Obiectis secundo: Actus indifferens ex sua specie, & bonus vel malus in individuo, habet primam bonitatem aut malitiam ex fine vel alii circumstantiis; ex suo enim objecto est indifferens: Ergo primam & specificam moralitatem non habent omnes actus humani ex objecto.

9 Omnis variis solutionibus, respondeo primam & specificam actuum humanorum moralitatem desumi ab objecto, quando est de se bonum aut malum, sicut intelligendum esse nostram conclusionem: quando vero objectum non est de se bonum aut malum, sed pure indifferens, prima & substantialis moralitas actus desumitur a prima circumstantia, que determinat formaliter ipsum objectum ad rationem boni aut mali objective: unde tunc circumstantia non habet rationem pure circumstantiam, seu accidentis respectu actus, sed transit quodammodo in rationem objecti moraliter specificantis.

10 Obiectis tertio: Actus exterior habet rationem objecti respectu interioris: Atqui actus interior non accipit suam bonitatem aut malitiam ab exteriori, sed potius bonitas & malitia actus exteriori sumitur a bonitate vel malitia actus interni: ut docet D. Thom. infra quest. 20. Ergo actus humani non desumunt suam bonitatem & malitiam ab objecto.

Respondeo, concessa Majori, negando Minorem: nam actus interior specificatur ab exteriori, ut est in intentione: factum enim v.g. ut apprehensum, movet voluntatem ad sui appetitionem, & specificat volitionem facti, quam antecedit in ordine intentionis, & contra vero in executione factum externum, ut emanat ab actu interno, participat malitiam eius, & est illo posterior in executione. Neque vero est inconveniens concedere, quod actus exterior & interior mutuo sibi communicent bonitatem aut malitiam, secundum diversas rationes, & in diverso genere causa: & quod interior desumat illam ab exteriori, ut est in intentione, & ut a causa formali extrinseca, vel finali; exterior vero, ut est in executione eam ab interno in genere cause efficientis participet.

Dices: Ex hac solutione & doctrina sequitur, actum saltem externum non desumere suam bonitatem aut malitiam ab objecto: si enim illam habet ab actu interiori, a quo imperatur, non potest illam habere ab objecto, seu materia circa quam versatur.

Respondeo actum exteriorum, imperatum a voluntate, habere duplicem bonitatem aut malitiam; unam scilicet ex propria materia, circa quam versatur, v.g. furtum, & restitucio, ex re aliena ut subrahenda, vel subicienda possessioni proprii domini: & hac bonitas aut malitia, nihil aliud est, quam habitudo proportionis, aut improprietatis ad huiusmodi materiam propriam secundum quod cadit sub dictamine recte rationis: aliam vero ab actu interiori, a quo imperatur: ex actu enim interiori imperante, moralitas derivatur ad exteriorum: prima dicitur moralitas objectiva, secunda formalis appellatur. Unde actus humanus, tam exterior, quam interior, desumit suam primam & substantialem moralitatem a suo proprio objecto; exterior quidem a materia circa quam versatur, que est proprium ipsius objectum; interior vero ab ipso actu exteriori, quem tanquam proprium & immediatum objectum respicit.

Instabis, & dices cum Curie, materiam, circa quam actus exterior versatur, non esse ipsius objectum, sed illum, ut est in via & in fieri, habere pro objecto seipsum, ut est in facto esse: Ergo si actus exterior desumat moralitatem a materia circa quam versatur, eam non sumit ab objecto. Consequentia patet, Antecedens probatur primo: Si materia, circa quam actus exterior versatur, esset illius objectum, sequeretur actus internus & externus esse duos actus in genere moris, eo quod haberent diversa objecta. Secundo, res externa est circumstantia quidam actus humani: Ergo non est eius objectum. Tertio, circa eandem materiam possunt dari actus externi distincti specie in genere moris, sicut furtum, & restitucio versatur circa eandem rem alienam: Ergo materia circa quam actus exterior versatur, non est ipsius objectum.

Respondeo, negando Antecedens: objectum enim actus exterioris non est ipsamet operatio in facto esse, sed res illa que a tali actu, etiam considerato in facto esse, apprehenditur: v.g. objectum avari est pecunia, luxuriosi femina, gulosi cibum, beati Deus, qui idcirco beatitudo nostra objectiva appellatur.

Ad primam probationem in contrarium, nego sequentem: quia actus interior habens pro objecto immediate actum externum, habet etiam consequenter pro objecto immediato rem externam, ut sic vel sit attingibilem in ordine ad rectam rationem; idem enim est velle actum, & velle eius objectum, v.g. velle furari, & velle rem alienam invito domino, unde actus interior & exterior pro uno computatur in genere moris.

Ad secundam probationem, nego Antecedens: nam circumstantia quidam, non importat ipsam rationem formalem objecti, sed aliam ipsi accidentalem: sicut res aliena est objectum furti; quod vero sit sacra v.g. est circumstantia quidam.

Ad tertiam dicendum, objectum actus exteriori esse ipsam rem ad extra, non materialiter & entitative sumptam, sed ut sic attingibilem in ordine ad rectam rationem; eo modo quo dicitur in Physica, terminum specificacionis motus locali esse locum, non quomodocumque, sed ut attingibilem per talem vel talem viam: unde sicut idem terminus ut attingibilem per diversas vias potest terminare motus specie diversos, v.g. eadem media regio aeris motum sursum & motum deorsum, sit unum mobile ad eam ascendat ex infima regione, & aliud a suprema usque ad ipsam descendat: ita pariter eadem res aliena, ut auferenda domino, & ut illi reddenda, actus furti & restitutionis specie diversos terminare & specificare potest.

Obiectis quarto: Hic actus, *Volo bene esse & studiose vivere*, non determinando in quo objecto, & in qua materia, sed generaliter, est determinata speciei: est enim actus singularis & determinatus in genere moris, ac distinctus a ceteris actibus moralibus: Atqui talis specificacionem, seu unitatem, ac bonitatem specificam non potest habere ab objecto, quia eius objectum non est determinatum, sed commun-

communissimum; complectitur enim omnia objecta, & materias omnium virtutum, nec gaudet unitate specifica, sed tantum generica: Ergo moralitas specifica actuum humanorum non desumitur ab objecto.

17 Mirum est quantum hoc argumentum Auctores torqueat, & in quam varios dicendi modos esse dividat: sed his brevitate causa pretermissis, respondeo concessa Majori, negando Minorem. Ad eius probationem dico, quod licet objectum illius actus, *volo bene esse & studiose vivere*, in esse rei, esse secundum rationem que, sit commune & genericum, est tamen unum specie in esse objecti formaliter sive secundum rationem *sub qua* attingitur eo sermone quo objectum Metaphysicis, scilicet ens reale, in esse rei est quid commune & analogum; in esse vero objecti, & prout substat rationi *sub qua*, est unum specie, sicut docent Philosophi, cum agunt de unitate specifica scientiarum.

Si autem queras, quamvis sit ratio formalis que & sub qua objecti talis actus?

Respondeo breviter rationem que esse bonum honestum ut sic in communi & universiter sumptum, rationem vero *sub qua* esse honestatem formaliter & reduplicative, qua talis est, & prout a tali honestate in particulari abstractit: quamvis enim honeste vivere fit quid commune & genericum, quatenus dicit absolute esse consonum rationi, sicut reperitur in objectis partialibus sub eo contentis; ut tamen dicit esse consonum rationi per se primo, est unum in specie atoma, quia esse per se primo consonum rationi, ita convenit illi conceptui communi, non non predicatur de aliis objectis partialibus; que non sunt per se primo rationi consona, sed tantum secundario, & in quantum participant rationem illam communem, ac dicunt rationes particulares tales, vel talis honestas, puta iusti, aut temperati, que virtutes iustitie & temperantie specificant & distinguunt.

18 Laborant vero hic Auctores in assignando habitu, qui predicti actus fit principium: sed frustra, nam ad illum elicendum nullus requiritur habitus; quia ad amandum bonum honestum naturale in communi, sufficit sola voluntas, que hoc ipso quod est potentia appetitiva rationalis, sapte natura inclinatur in bonum consonum nature rationali ut sic, in quo ut tali nulla est difficultas: unde nisi defendatur ad aliquod bonum honestum particulare, in quo sita aliqua difficultas, cuiusmodi est bonum in ordine ad aliud, non oportet ponere aliquem habitum in voluntate. Dicendum est igitur, hanc actum *volo bene esse & studiose vivere*, si fit intra ordinem nature, procedere a voluntate sola: si vero extendatur ad bonum honestum, etiam supernaturalis, supponere habitum gratie & caritatis, quia voluntas, ex se est improprietata ad actum supernaturalem. Et si queratur, quid sit dicendum de hoc actu, *Volo cupere vivere*? Respondeo illum actum non esse possibilem, nisi ex motivo alicuius boni utilis aut delectabilis, quia nemo intendens malum operatur, unde sortitur speciem ex motivo suo affectu ad bonum illud particulare, ratione cuius eligatur turpido in communi.

ARTICULUS II.

Utrum omnis actus humanus, tam interior, quam exterior, aliquam bonitatem, aut malitiam moralem desumat a circumstantiis.

Partem negativam tenet Durandus in 2. dist. 40. qu. 1. ubi docet nullam circumstantiam (ut talis est) tribuere actui humano bonitatem aliquam, vel malitiam: quia cum illam tribuit, transit in rationem objecti, & desinit esse circumstantia. Unde hic Auctor agnoscit quidem circumstantias morales in ordine ad entitatem actus qui accidit, sed in ordine ad actum ut moralis est, dicit non esse circumstantias, sed objecta. Huic sententie favet noster Conradus hic q. 10. art. 2. ubi concedit quidem actui exteriori, quod a circumstantiis recipiat bonitatem vel malitiam, sed id negat actui interiori, seu a voluntate elicito; eodem plane fundamentis ductus, nimirum quia existimat omnia que sunt voluta a voluntate, habere rationem objecti, subindeque non posse esse circumstantias.

§. I.

Conclusio affirmativa statuitur.

19 Dico tamen, omnes actus humanos, etiam interiores & desumere a circumstantiis aliquam bonitatem vel malitiam. Ita communiter Theologi cum S. Thoma hic art. 3. ubi hanc assertionem probat ex analogia ad res naturales, in quibus bonitas & perfectio sumitur non solum a forma, que dat speciem, sed etiam ab accidentibus; v.g. in homine bonitas & pulchritudo sumitur non solum ex forma, sed etiam ex figura, debita proportione, & aliis accidentibus: cum enim quodlibet esset creatum sit potentiale, tota plenitudo essendi ipsi non consistit in essentia, sicut in Deo, sed etiam in accidentibus essentie superadditis:

Ergo pariter in actione humana bonitas non solum sumitur ex objecto, quod se habet ad modum forme triuocentis speciem, ut articulo precedenti ostendimus, sed etiam a circumstantiis, que sunt quedam accidentia et adiuva.

Ratio vero a priori est, quia tales circumstantie possunt importare ordinem convenientie, vel disconvenientie, ad rationem, sive ille sit ejusdem rationis cum eo quem importat objectum, sive diversus: non solum enim est disconveniens rationi furari, sed etiam furari in loco sacro, aut in tanta quantitate, atque adeo licet actus, ex eo quod est tendentia in objectum, ut dicens ordinem convenientie, vel disconvenientie ad rectam rationem, accipit ab illo bonitatem vel malitiam, ita & a circumstantia dicente similem ordinem ad rationem, accipit etiam aliquam bonitatem & malitiam. Hinc est quod SS. Patres & Philosophi morales, mirum in modum exaggerant malitiam & deformitatem, quam actus mali & peccaminosi sumunt, vel a conditione persone, vel a circumstantia loci aut temporis. Nam ex conditione persone aggravari peccatum docet Isidorus, lib. sent. c. 18. Peccata (inquit) que incipientibus levia sunt, perfectis viris graviora putantur. Tanto enim gravius cognoscitur esse peccatum, quanto major qui peccat habetur. Crescit enim delicti cumulus iuxta ordinem meritorum, & sepe quod minoribus ignoscitur, majoribus imputatur. Quem Isidorus locum S. Thomas infra q. 73. art. 10. addidit ad probandum quod *magis* peccantia peccantia *aggravat* peccatum. Ubi & in corpore articuli varias hujus aggravationis causas congerit, que ibidem videri possunt. Hinc etiam Salustianus lib. 4. de gubern. sic in Christianis peccantes graviter invehitur: „ Omnis Christianorum culpa divinitus, injuria est: atrocius sub sancti nominis professione peccamus. Ipsa errores nostros religio quam profitemur accendit. „ Ex circumstantia vero loci Tullius Antonii, qui in concione quam habebat ad populum evomurati, iocunditatem eleganter exaggerat, his verbis: „ Si inter eos, nam in tuis illis immanibus poculis hoc tibi accidisset, quis non turpe diceret? In coetu vero populi Romanum, negotium publicum gerens, magister equitum, cui rubeat turpe esset, is vomans frustis elecentis, vinum redolentibus, gremium suum, & totum tribunal implevit. „

Videri etiam potest D. Hieronymus in epistola increpatoria ad Sabianum Diaconum, qui virginem quamdam sacram & monasterio Bethlehemitico ad suprum, fugamque sollicitaverat: ibi enim hoc immane scelus, a circumstantia loci sacri, in quo committitur fuerat, mirum in modum exaggerat his verbis, quibus ipsum alloquitur: „ Intelligit sine mortalium! ut spelancam illam in qua Teri silius natus est, & veritas de terra orta est, & terra dedit fructum suum, de supro conditurus ingrederis? „ Non times, ne de presertim infans vagiet, ne puerpera Virgo te videat, ne Mater Domini contempletur? Angeli clamant, Pastores currunt, stella desuper rutilat. Magi adorant, Herodes terretur, Hierosolyma conturbatur, & tu cubiculum Virginis, deceptorum virginum ieropsis? „ Paveo, miser, & tam mente quam corpore perhorresco, non possum ultra progredi, prorumpunt lacryme antequam verba, & indignatione pariter ac dolore, in ipso metu sancium spiritus coarctatur. Ubi mare illud eloquentie Tulliana? ubi torrens fluvius Demosthenis? „ Nunquid profecto muni elictis ambus, & vestra lingua torpesceret, inventa est res quam nulla eloquentia exprimeret? reperitur est facinus, quod nec minus finire, nec scura ludere, nec Attellanus possit effari. „ Denique de circumstantia temporis eleganter differunt 24 D. Chrysolomus, & S. Leo Papa: hic enim ferm. 7. de passione, scelus Judaeorum, eo quod in festo Paschali Christum occiderint, sic exprobrat: „ Quando qui ornare templum, mundare vasa, victimas providere & legitimum purificationibus sacrationem diligentiam adhibere debebant, parricidialis odii furore concepto, ad unum opus vacant, & in unum hinc simili crudelitate conjurant. „ Alie vero hom. 49. in Math. crimen Herodis, qui ipso die natalis sui, necem intulit Joanni Baptista, aggravat ex circumstantia hujus temporis: „ Temporis infans inopportunity (inquit) scelus Herodis mirum in modum ampliat. Nam quando gratias Deo agere oportebat, qui eum illo die in lucem perduxit, tunc neandillimum eadem committit. Quando vincitur ex gaudio foliove re debebat, ad vincula iniquissima suo iudicio non cessit, &c. „

Potest etiam probari conclusio destruendo precipuum fundamentum adversae sententie. Durandus enim & Conradus asserunt, actus humanos nullam desumere bonitatem vel malitiam a circumstantiis, quia existimat eas, dum actum humanum efficiunt, transire in rationem objecti, & sic non habere amplius rationem circumstantiam. Sed licet interdum hoc accidat, sicut quando actus est indifferens, ex sua specie & objecto, & sit moraliter bonus vel malus in individuo (tunc enim, ut artic. precedenti annotavi, prima circumstantia, a qua accipit bonitatem aut malitiam, transit in objectum) hoc tamen in aliis casibus non

23



non venit: Ergo ruit precipuum fundamentum aduersae sententiae. Major patet ex dictis initio huius articuli; Minor vero fauere. Obiectum uolitionis illam specificans est id quod est uoluntatem per se, directe, & immediate, non uero quicquid est uoluntatem indirecte, secundario, & mediate; obiectum enim proprie & stricte sumptum, dicitur id quod primo & per se obicitur actui, & ab eo attingitur: Atque circumstantia non sunt per se, primario & immediate uoluntate, sed secundario tantum, mediate, & per modum adjuncti, seu accessorii: Ergo non semper transeunt in obiectum specificans uolitionem.

24 Confirmatur: Si circumstantia semper transirent in rationem obiecti specificationis, sequeretur quod actus intentus ut quatuor, distingueretur specie ab actu intento ut sex; nam illi actus haberent diuersa obiecta specificantia. Ex quo ulterius sequeretur, non posse hominem continuare actum caritatis ut quatuor, usque ad intentionem ut sex, quae enim specie differant, continuari non possunt: Sed haec sunt falsa & absurda, atque a communibus Theologorum sensu penitus aliena: Ergo &c.

25 Denique si uoluntatem per se conclusio ex infra dicendis. Nam, ut ostendimus disp. 5. nullus est actus, etiam elicitus a uoluntate, indifferens in individuo: Ergo nullus est qui non habeat bonitatem uel malitiam accidentalem ex circumstantiis. Probatur consequentia: Ratio enim ob quam non potest dari actus indifferens in individuo, est quia nullus dari potest qui non habeat suas circumstantias, ex quibus fiat bonus uel malus, ut ibidem patebit.

§. III.

Soluantur objectiones.

26 Obiectis primo: Ut aliquid tribuat actibus humanis bonitatem aut malitiam, debet esse uoluntatem: Sed omne quod est uoluntatem, est obiectum uolitionis, sicut omne quod est uisum, est obiectum uisionis: Ergo nihil potest tribuere bonitatem aut malitiam uolitioni, praeter eius obiectum: Et ita uideatur docere D. Thom. hic q. 29. art. 2. ubi expressit docere actum interiore uoluntatis in sua bonitate dependere tantum ab obiecto: in quo distinguuntur ipsi ab actu exteriori, quem asserit dependere in sua bonitate ab obiecto, & a circumstantiis.

27 Respondetur, ut aliquid tribuat bonitatem aut malitiam actui uoluntatis, sufficere quod sit uoluntatem utcumque, siue primario, & formaliter; siue secundario & virtualiter, siue directe, siue indirecte: quauis autem circumstantia non sint primario formaliter, & directe uoluntate, sed solum obiectum essentialiter specificans, sunt tamen uoluntate secundario, virtualiter, aut indirecte: cum enim uoluntas sit potentia spiritualis non alligata organo, reflectitur supra seipsum, & denominat uoluntatem uoluntatem obiectum specificatiuum, & circumstantias ex parte ipsius se tenentes, sed etiam (virtualiter saltem & reflexe) ipsi uoluntatem actum; & quicquid se tenet ex parte eius. In quo distat a potentia uisiva, quae cum sit corporalis, & organo corporali affixa, non reflectitur supra suum actum, nec profunde ipsum, nec ea quae se tenent ex parte eius, denominat uisum, sed solum obiectum, & ea quae se tenent ex parte ipsius: Ex quibus patet, quod uoluntatis actus potest habere bonitatem aut malitiam: uoluntatem uoluntatem, & ab his quae se tenent ex parte eius, sed etiam ex his quae se tenent ex parte ipsiusmet actus.

28 Ad locum uero D. Thomae respondent aliqui ipsum loqui de bonitate essentiali & specifica actus interioris uoluntatis; haec enim a solo obiecto dependet, non uero de bonitate accidentali, cum haec sumatur & dependat a circumstantiis.

Sed haec solutio, seu expositio, facile refellitur, quia D. Thomas ibi aperte ponit differentiam inter actum interiore, & exteriorem, in hoc quod bonitas actus interioris solum desumitur ex obiecto, bonitas uero actus exterioris sumitur etiam ex circumstantiis: si autem loqueretur tantum de bonitate essentiali & specifica, non posset tale discrimen subsistere; cum consistat non solum actum interiore, sed etiam exteriorem, habere bonitatem uel malitiam essentialiter ex solo obiecto, aut materia circa quam uoluntatem, ut futurum ex re aliena; ex circumstantiis uero solum bonitatem, uel malitiam accidentalem desumere.

29 Alii respondent S. Thomam non uelle, quod tota bonitas actus interioris sumatur ex solo obiecto, sed solum quod ad bonitatem actus interioris bonitas obiecti sufficiat, etiam si desint circumstantiae: si tamen haec adint, bonitatem uel malitiam illi tribuant.

Sed haec quoque interpretatio facile impugnatur, tum quia pariter ad bonitatem actus exterioris sufficit bonitas obiecti, quauis nulla sint circumstantiae: tum etiam quia D. Thom. non solum asserit obiectum sufficere ad bonitatem actus exterioris, sed dicit haec a solo obiecto pendere.

30 Tertia expositio est aliorum, qui uolunt S. Thomam nomine actus interioris intelligere primum actum uoluntatis

circumstantiam, hic enim (inquunt) propter suam simplicitatem, & quia abstrahit ab executione, solum dependet ab obiecto in sua bonitate & malitia, non uero a circumstantiis. Veram praeterquam quod etiam talis actus habet suas circumstantias morales, a quibus sumit aliquid bonitatis aut malitiae, ut intentionem, & durationem) manifestum est, D. Thom. de eo solum actu non loqui, sed etiam de intentione, electione, aliiisque actibus interioribus, qui circa finem aut media versantur; cum in nullo alio loco de principiis moralitatis actus interioris disputet, quam in illa quaestione: quare si omnes actus a uoluntate elicitos, sub nomine actus interioris non comprehenderet, diminute & inaduate procederet in hoc morali tractatu.

Unde etiam exclusiua manet aliorum solutio, qui dicit, D. Thomam nomine actus interioris, intelligere solum actum uoluntatis imperantem, qui proprie interior est: hic enim (inquunt) habet solum bonitatem ab obiecto, hic enim (inquunt) habet solum malitiam ab obiecto, transit quia quod est finis & circumstantia actus imperantis, transit in obiectum imperantis. Manet, inquam, exclusiua solutio: tum quia non solum actus imperantis, sed etiam imperans, habet bonitatem & malitiam ex circumstantiis: ut patet cum ex intentione adulterandi in loco sacro, uoluntate furandi imperatur; & haec enim intentio graue peccatum est, & speciale malum delinquentiae & malitiam ex tali circumstantia loci: tum etiam quia uoluntatis actus, D. Thom. loco citato, ubi de principiis moralitatis actus interioris generaliter disputat, suam doctrinam coarctare & limitare ad solum actum interiore imperantem, & actus interioris imperatos praetermittere. His ergo solutionibus contentatis,

31 Dicendum est, quod quando S. Thomas docet actum interiore uoluntatis ex solo obiecto dependere, nomine obiecti intelligit non solum id quod uoluntatem directe, primario, & immediate uult, sed etiam quicquid est ab eam uoluntatem, siue immediate, siue mediate, siue primario, siue secundario, siue per se, siue per accidens, siue directe, siue indirecte, quomodo cumque enim fit aliquid uoluntatem, aliquo modo uoluntatis obiectum est. Et de hoc obiecto sic uoluntatem sumptum, uerum est, bonitatem actus interioris a solo obiecto dependere: nam est dependet etiam a circumstantiis, haec tamen continentur intra obiectum uoluntatis sic large & improprie sumptum. Licet ergo tam actus interior uoluntatis, quam actus exterior aliarum potentiarum, habeant bonitatem & malitiam ex circumstantiis: quia tamen haec non sunt obiectum actus exterioris aliarum potentiarum, bene tamen actus interioris uoluntatis, eo quod per ipsum uult aliquo modo uoluntatem, bonitas actus exterioris non ex solo obiecto dependere dicitur, bene tamen bonitas actus interioris uoluntatis.

32 Obiectis secundo: Circumstantia ut plurimum sunt extrinsecas actui humano, ut patet de loco & tempore: Ergo non dant illi bonitatem uel malitiam moralem intrinsecam, sed tantum extrinsecam illi bonum aut malum denominant: Consequentia uideatur bona: quod enim dicit bonitatem uel malitiam intrinsecam alicui subiecto, debet ipsi esse intrinsecum.

33 Respondetur, concessio Antecedenti, negando Consequentiam: si enim hic diceretur ualeret, probaretur etiam quod obiectum non daret actui humano aliquam bonitatem uel malitiam moralem intrinsecam, quia obiectum est extrinsecum actui, sicut sunt extrinsecas circumstantiae. Quemadmodum ergo actus humani desumunt ab obiecto bonitatem uel malitiam moralem intrinsecam, specificam, & essentialiter; quia licet illud sit actui extrinsecum, ordo tamen transcendentalis ad ipsum, ei intrinsecus est, ut articulo precedenti declarauimus; ita quoque a circumstantiis accipiunt bonitatem uel malitiam moralem intrinsecam, sed accidentalem: quia pariter ordo transcendentalis, quomodo dicitur actus humanus ad circumstantias, ei intrinsecus est.

34 Querat, an ex singulis circumstantiis proveniat actui humano aliqua bonitas, uel malitia moralis, uel solum ex aliquibus.

35 Respondetur nullam esse circumstantiam moralem, quae non addat aliquid bonitati, aut malitiae, ubicumque reperitur in ratione circumstantiae moralis; unde si alicui circumstantia nihil addat bonitatis aut malitiae moralis, signum est eas non esse circumstantias morales, sed physica accidentia respectu actus, cui nihil addunt moralitatis. Ratio est, quia de ratione circumstantiae moralis, ut talis, est asserere moraliter, & modificare actum humanum, non potest autem asseri modificari moraliter, nisi aliquo modo moraliter immutetur; immutari uero non potest moraliter, nisi morale aliquid accipiendo, quod non potest esse nisi bonitas aut malitia, quae sunt duae species in quas moralitas adquate diuiditur.

36 Confirmatur: Vel actus ex circumstantiis habet specialem convenientiam aut inconvenientiam ad rationem, uel non? Si secundum dicatur, circumstantia non sunt morales, sed mera accidentia physica. Si uero habet ex illis specialem convenientiam uel inconvenientiam ad rationem,

rationem, necesse est ut ab eis etiam specialem bonitatem moralem aut malitiam desumat, subindeque nulla erit circumstantia moralis, quae, in quantum talis, non tribuat actui humano, quem afficit & modificat, aliquam bonitatem uel malitiam.

37 Dices primo: Circumstantia Quis, dicit conditionem, seu dignitatem personae: Sed dignitas personae non dat aliquam specialem bonitatem aut malitiam actui; nam si duo homines inaequalis sanctitatis, eandem operationem bonam cum eadem intentione, ac in eadem circumstantiis eliciant, actio illius qui erit majori sanctitate praeditus, non erit melior, nec magis meritoria, quam operatio alterius minoris sanctitatis: similiter si idem uir maxime sanctitatis peccet uel uenialiter, uel mortaliter, eius peccatum, ceteris paribus, non erit grauius, quam peccatum alterius uiri minoris sanctitatis, ut etiam peccatoris. Ergo a circumstantia Quis non provenit actui humano aliqua bonitas uel malitia moralis.

38 Respondetur, concessio Majori, negando Minorem. Ad cuius primam probationem dicendum uerum quidem esse, quod quando maior dignitas personae se habet solum per accidens, & pure materialiter, ac concomitanter ad actionem, tunc ex illa non provenit actui maior dignitas moralis: scilicet tamen quando illa conditio personae non se habet ut purum accidens physicum respectu operationis, sed quodammodo per se: unde comestio Regis v.g. est eiusdem rationis cum comestio rustici; quia dignitas regia ad talem actionem mere per accidens, & concomitanter se habet: ut uero genitrix Regis & genitrix rustici non sunt eadem dignitas & ualoris moralis, quia genitrix Regis est reflexiua supra seipsum ac regia dignitatem, quatenus Rex per illam se submittit & humiliter, ipsamque dignitatem regia quodammodo subiecit. Ex quo inferunt Theologi in Tractatu de Incarnatione, actiones Christi Theandricas fuisse infiniti ualoris; quia cum essent reflexiuae supra seipsum ac diuinitatem, inde trahant infinitam dignitatem. Cum ergo maior dignitas se habet per accidens, & mere concomitanter in eo qui seruentiorem seu intensiorem actum non elicit, ab illa non provenit actui humano specialem aliquam bonitas moralis.

Ad aliam probationem similiter dicendum, quod maior sanctitas personae se habet per accidens ad peccatum, quauis ratione alicuius adjuncti (puta ratione peccati cognitionis, & ingratitude), quae possunt interuenire quando peccatum procedit ex malitia) possit ad illud se habere per se. Unde in primo casu sanctus personae non est circumstantia moralis peccati, & ita non facit illud grauius: immo tale peccatum est quodammodo leuius, ut docet S. Thom. 2. 2. q. 186. art. 10. dicens: Si religiosus, non ex contemptu, sed ex infirmitate, uel ignorantia, aliquod peccatum, quod non est contra uoluntatem suam profectus, committat absque scandalo, leuius peccat eodem genere peccati, quam secularis: & subdit rationem, quia ciuitas resurgit, & minus in peccato perseuerat. In secundo autem casu maior sanctitas aut dignitas personae est circumstantia moralis peccati, & ita facit illud grauius, iuxta illud Satyrici Poetae,

Omne animi uirium tanto conspectus in se Crimen habet, quantum qui peccat maior habetur.

39 Dices secundo: Si circumstantia Quis, quae significat materiam quantitatem, tribuetur actui humano bonitatem aut malitiam, actus qui uerteretur circa materiam infinitae quantitatis, esset infinitae malitiae aut bonitatis; v.g. uoluntate dandi elemosynam inuisitis hominibus, furandi infinitam pecuniam, aut occidendi infinitos homines. Sed hoc dicitur nequit, cum nihil creatum sit infinitum simpliciter: Ergo, &c. Minor recipitur ab omnibus. Sequela uero Majoris probatur: Quia si quantitas tribuit bonitatem uel malitiam actui, maior quantitas tribuet maiorem, & infinita infinitum.

40 Respondetur negando sequela Majoris. Ad cuius probationem dicendum, quod quauis bonitas & malitia actus crescant, crescens bonitate aut malitia obiecti; non tamen ad aequalitatem quantitatis ipsius, sed proportionaliter, ad modum quo obiectum attingitur a uoluntate per talem aut talem actum, & cum tali aut tali affectu siue conatu: quantumcumque autem obiectum sit infinite quantitatis, modus tamen quo attingitur a uoluntate, tam ex parte cognitionis, quam ex parte affectus & conatus, semper finitus est, ac proinde licet obiectum sit in quantitate infinitum, nusquam tamen tribuit actui infinitam bonitatem aut malitiam.

41 Dices tertio: Intensio actus est una ex circumstantiis eius, quae dicitur Quomodo: Sed illa non tribuit actui specialem bonitatem aut malitiam: Ergo ex omnibus circumstantiis non provenit actibus humanis bonitas aut malitia specialis. Major patet, Minor probatur. Circumstantia non potest dare bonitatem aut malitiam actui, nisi sit uolita: Sed intensio actus non est uolita ab operante, quia non est ab illo cognita; nullus enim cognoscit quam intensus fit actus quem elicit, & quantum habeat lastitu-

dinem gradualem: Ergo intensio non tribuit actui bonitatem aut malitiam specialem.

Respondetur, concessio Majori, negando Minorem. Ad cuius probationem dico, quod licet intensio quantum ad determinationem gradualem, scilicet in quantum habet tres uel quatuor gradus, non sit cognita ab operante, ab eo tamen cognoscitur quantum ad magnitudinem & paritatem in communi, & sine determinatione ad gradus; & hoc sufficit ut sit ab ipso uolita, subindeque ut det specialem bonitatem aut malitiam actui.

42 Dices quarto: Si duratio seu continuatio actus, quae est circumstantia Quomodo, augeat eius bonitatem aut malitiam, sequitur actum continuatum per horam habere infinitam bonitatem aut malitiam: Sed hoc repugnat, cum nihil creatum possit esse infinitum: Ergo, &c. Sequela probatur; nam praedictus actus in omnibus & singulis partibus uel instantibus illius hora, debet habere nouam bonitatis uel malitiae gradum: Ergo cum in qualibet hora sint partes, & instantia infinita, habebit in illa infinitos gradus bonitatis & malitiae, partibus & instantibus illius hora correspondentibus, subindeque infinitam bonitatem aut malitiam.

43 Respondetur negando sequela. Ad cuius probationem dico, quod sicut partes & instantia illius hora, quauis sint infinita, non efficiunt infinitam durationem, sed finitam, & clausam intra terminos unius hora: ita omnes gradus bonitatis aut malitiae, quos acquirit actus durans per illam horam, quauis sint infiniti, & omnibus ac singulis partibus uel instantibus illius hora correspondentibus, non efficiunt bonitatem aut malitiam infinitam, sed finitam & limitatam, ac inter certos terminos comprehensam. Ratio est, quia augmentum regulari debet secundum partes certas & aliquotas, non secundum proportionales & confusas; in casu autem argumenti, tam partes durationis, quam gradus bonitatis uel malitiae actus illius correspondentes, majore ex parte sunt confusa & incerta, & ideo quauis sint infinita, non efficiunt augmentum infinitum. Quod potest explicari ac illustrari exemplo calefactionis, uel alterius actionis intensiuae, quae etiam continuo duret per spatium unius hora v.g. in omnibus ac singulis hora partibus uel instantibus producat aliquem gradum caloris, atque adeo per totam horam infinitos gradus, non ideo tamen producit calorem infinitum: quia gradus isti majore ex parte sunt indeterminati & confusi.

44 Addo, quod ad bonitatem & malitiam moralem in actu requiritur aduertentia rationis, & uoluntate operandi; licet autem sit distincta aduertentia rationis ad primum instantem in quo uoluntas incipit operari, & expressa uoluntate in eo instantem operandi, & similiter in partibus aliquotis & determinatis, non tamen est distincta aduertentia ad singula instantia continuatiua, nec ad singulas partes proportionales, neque expressa uoluntate in illis operandi; cum tam instantia continuatiua, quam partes proportionales, confuso modo fluant & transeant.

45 Quaesitum, quando actus uno tantum instanti durat, habeat aliquam bonitatem aut malitiam ex circumstantia durationis.

Respondetur aliqui, quos tacito nomine refert Caelius hic art. 3. dubio unico §. ad tertium responderetur, durationem non esse circumstantiam moralem, augmentem uel minuentem bonitatem aut malitiam actus, nisi continuetur ultra primum instantem in quo incipit actus. Rationem assignant, quia quilibet actus ad sui existentiam, & moralitatem specificam & substantialem, quam desumit ab obiecto, requirit aliquam durationem, quae non potest esse minor quam unum instans: Ergo si aliquis actus duret tantum uno instanti, non habebit bonitatem aut malitiam ex circumstantia durationis, sed solum ex obiecto. Sed haec opinio, licet uideatur plausibilis, uera tamen non est: nam sicut uoluntas operatur bene aut male in genere moris, bonitate aut malitia substantiari, quia habet obiectum bonum aut malum; ita operatur bene aut male bonitate aut malitia accidentali, quia eius operatio exercetur cum plena aduertentia rationis in hoc instanti: Ergo licet actus uno tantum instanti duret, habet tamen aliquam bonitatem aut malitiam ex circumstantia durationis.

46 Confirmatur: Quilibet actus dum incipit, habet specialem aliquam difficultatem, siue statim desinat, siue non, quam non habet postquam semel incepit; ad quod alludit Poeta, dum dicit:

Dimidium facti, qui bene cepit, habet: sicut etiam dum continuatur, habet aliquam difficultatem, quam adhuc non habet dum incipit; ob quam rationem, ad perseverandum in bono requiritur specialis uirtus, ut docet S. Thomas 2. 2. quaest. 137. art. 1. Sed haec difficultates distinctae sunt ab ea quam habet actus ex obiecto: Ergo ratione utriusque habet actus aliquid bonitatis supra eam quam desumit ex obiecto, sique licet uno tantum instanti duret, habeat aliquam bonitatem aut malitiam ex circumstantia durationis.

47 Ex dictis inferes cum D. Thom. artic. 10. & 11. hujus 48 quaestio-



questionis, circumstantias interdum mutare speciem bonitatis vel malitiae moralis, aliquando eam non mutare, sed dumtaxat augere intra eandem speciem.

Probatur: Ubi est specialis aliqua conformitas vel difformitas ad regulas morum, ibi est nova species bonitatis aut malitiae moralis: Sed circumstantia interdum habet speciem conformitatem vel difformitatem ad regulas morum, diversam omnino & alterius lineae ab ea quae est in objecto; ut patet cum aliquis furatur ad fornicandum, deformis enim, quae est in fornicatione, est diversae rationis & speciei ab ea quae reperitur in furto: Ergo circumstantia interdum trahit actum humanum ad moralitatem diversae speciei ab illa quae est in objecto.

Quod autem aliquando non mutant speciem bonitatis aut malitiae, sed eam dumtaxat augeant intra eandem speciem, patet eadem ratione: interdum enim circumstantia non dicitur speciem ordinem conformitatis vel difformitatis ad regulas morum, sed tantum modificat ordinem objecti ad easdem regulas; sicut cum quis elicit actum odii vel amoris intensivius; intensio enim actus non trahit ipsum ad moralitatem diversae rationis & speciei ab ea quam habet ex objecto, sed tantum ipsam auget & modificat.

ARTICULUS III.

An actus humani desumant a fine operantis aliquam bonitatem vel malitiam, specie diversam ab ea quam habent ex objecto?

149 Licet finis sit una ex circumstantiis, de quibus disputamus in articulo precedenti, scilicet circumstantia Cur: nihilominus quia praecipua est, & habet rationem principii respectu humanarum actionum, de illo foris ad speciem referimus. S. Doctorem imitantes, qui specialiter de hac circumstantia differit artic. 4. huius questionis, ubi quaerit an actio humana sit bona vel mala ex fine? Disputant autem Interpretes, an nomine finis intellexerit finem operis vel operantis? Cui difficultati breviter respondeo, haud dubie D. Thomam nomine finis intellexisse finem operantis, five extrinsecum, non autem finem operis, five intrinsecum. Ratio est, quia D. Thom. loquitur de fine secundum quod distinguitur ab objecto, alias actum ageret, & his idem repeteret, cum art. 2. quaerit utrum actio hominis habeat bonitatem vel malitiam ab objecto? Sed finis distinctus ab objecto est finis operantis, non vero finis operis, iste enim coincidit cum objecto, & est ille in quem actio sua natura immediate tendit: Ergo D. Thom. loquitur de fine operantis, non vero de fine operis. Hoc praemisso, pro resolutione difficultatis proponitur.

Dico primo: humana actio interdum ultra bonitatem, vel malitiam, quam sumit ex objecto, habet aliam ex fine operantis. Dixi interdum, quia aliquando non datur in actione humana finis operantis distinctus a fine operis, ut cum quis facit eleemosynam ex solo fine misericordiae, qui est subvenire alienam miseriam, vel reddidit debitum ex amore iustitiae.

150 Conclusio sic explicata probatur primo auctoritate D. Thomae, qui eam expresse docet hic art. 4. in corp. ubi ait: *Actio humana, & alia quorum bonitas dependet ab alio, habent rationem bonitatis ex fine a quo dependet, praeter bonitatem absolutam quae in eis existit.* Et subdit: *Sic igitur in actione humana bonitas quadruplex considerari potest. Una quidem secundum genus, prout scilicet est actio, quia quantum habet de actione & entitate, tantum habet de bonitate. Alia vero secundum speciem, quia accipitur secundum objectum conveniens. Tertia secundum circumstantias, quasi secundum accidentia quadam. Quarta autem secundum finem, quasi secundum habitudinem ad bonitatis causam.* Ubi S. Doctor bonitatem naturalem actionis vocat genericam, non quia sit genus ad alias bonitates (potius enim comparatur ad illas sicut subiectum ad accidentia) sed quia consequitur rationem generice communem actionis physice spectatae. Bonitatem vero moralem, quae est ex objecto, absolutam appellat; non quod non dicat habitudinem transcendentalem ad objectum, sed ut distinguat illam a bonitate, quae est ex fine operantis, haec enim non convenit actioni, nisi prout ab agente ordinatur ad ulteriorem finem; cum tamen illa ipsi conveniat antecedenter ad ordinationem in ulteriorem finem.

Probatur secundum conclusionem ratione D. Thomae. Qualibet res sicut se habet ad esse, ita & ad bonitatem: unde quorum esse ab alio non dependet, etiam bonitas eorum non dependet ab alio, ut patet in Personis Divinis. Sed sicut esse rei dependet ab agente & forma, ita bonitas & esse actionis humanae dependet a fine; cum omnis actio humana sit propter finem: Ergo praeter bonitatem quam habet ex objecto, aliam desumit a fine extrinseco, ad quem ordinatur ab agente, quae nihil aliud est quam habitudo actus ad talem finem ut recta rationi consonum. Unde qui facit aliquid ex voto, ultra honestatem operis, addit honestatem & meritum religionis, & qui furatur ad merchandum, praeter peccatum furti, committit peccatum fornicationis vel adulterii.

Ad maiorem huius conclusionis intelligentiam; advertendum est, quod ut actus recipiat bonitatem a fine operantis, non sufficit quod talis finis sit bonus absolute, sed insuper requiritur quod sit proportionatus actui, qui in ipsum ordinatur, alius vitatur actus: unde licet celebrare, vel orare, sit actus bonus ex objecto, & curae de bonis temporalibus, finis bonus: tamen si quis ore, vel celebret propter temporalia, tamquam propter finem principalem, actus redditur malus ex improportione finis, ut docet S. Thomas a. 2. quaest. 83. art. 6. ad 1. 3. & 4. Ratio a priori est, quia bonum morale est idem quod conveniens rationi; Sed rationi non convenit, quod majus bonum ad minus ordinetur tamquam ad finem: Ergo actus qui refertur ab operante in finem minus bonum, quam sit ille ad quem ex natura ordinatur, non est bonus moraliter, sed malus.

Ex quo interius eum, qui exercet aliquid actum honestum (quales sunt actus qui ad conservationem individui vel speciei ordinantur) propter solam delectationem, peccare: quia bonum nobilissimum est superius, nempe honestum, refert ad inferius & minus perfectum, nimirum ad bonum delectabile. De quo fufius infra, cum de indifferentia actuum humanorum agemus.

Dico secundo: Bonitas aut malitia, quam actus humanus desumit a fine operantis, est diversae speciei ab ea quam habet ab objecto.

Patet etiam hac conclusio; quia bonitas ex objecto est unica, invariabilis, & essentialis actui: bonitas vero ex fine operantis est multiplex, & variabilis ex beneplacito operantis & accidit actui: Ergo istae bonitates speciei differunt. Idem constat de malitia: cum enim quis furatur ut fornicetur, malitia fornicationis, quae huc actui ex ordinatione in finem illum advenit, specie differt a malitia iniustitiae, quam habet ex objecto, & quoque ipsi essentialis est, & ab eo inseparabilis.

Dices: Bonitas, vel malitia, desumpta ex fine, est generica respectu bonitatis, quae desumitur ex objecto, ut docet D. Thom. hic art. 7. Sed bonitas generica non distinguitur specie a bonitate specifica, neque realiter, sed solum ratione, ut animal ab homine: Ergo bonitas ex objecto, & bonitas ex fine, non distinguuntur specie.

Unde contra primo: D. Thom. hic art. 4. ad 3. docet 55 nam sitam bonitatem ab alia separari, alia manente; quod & experientia constat, cum operans possit actum eleemosynae ordinare, vel non ordinare ad penitentiam: Sed hoc esset impossibile, nisi realiter distinguerentur: Ergo realiter inter se differunt.

Deinde genus & species perse ad invicem ordinantur: Sed bonitas ex objecto, & bonitas ex fine, non ordinantur perse; cum ordo in finem operantis, per accidens adveniat actui ex beneplacito ejus: Ergo non se habent ut verum genus & species. Unde, cum D. Thom. loco citato docet, quod bonitas quae est ex fine, est veluti generica, loquitur de genere similitudinariae & metaphorice dicto.

Quaerit ad complementum huius questionis, utrum ut actus sit bonus moraliter, sufficiat bonitas finis proximi, seu objecti; an vero necessario ultra illam requiratur, quod ad aliquem finem remotum, puta ad Deum ordinatur?

Respondeo quod quando actus est bonus, & honestus ex fine proximo, seu objecto, non indiget ordinari in ulteriorem finem, ad hoc ut sit moraliter bonus, sed sufficit quod non apponatur finis malus, vel alia mala circumstantia: v.g. qui dat eleemosynam, intendens solum honestatem eleemosynae, hoc est sublevare alienam miseriam, & non apponens alium finem, facit opus moraliter bonum; & similiter qui jejunat ut carnem subjiciat rationi, & sic de aliis. Ratio est, quia talis actus ex fine proximo, seu objecto habet honestatem, & bonitatem moralem: Ergo ut sit moraliter bonus, non est necessarium quod illam a fine extrinseco participet.

Adde quod sicut lapis ex natura sua tendit in centrum, ut terminum & finem sui motus, nisi violenter sursum impellatur ab agente extrinseco, ita quodlibet opus, ex objecto & ex natura sua bonum & honestum, tendit in Deum ut luminis rationis, ac totius boni honesti auctorem, nisi violenter ab homine in finem malum referatur: unde qui elicit actum honestum & bonum ex objecto, nullam apponendo malam circumstantiam, censetur interpretari vel saltem operari propter Deum; quod ad bonitatem moralem actum humanorum sufficit. Sed hoc fufius in Tractatu de gratia disp. 1. art. 3. cum ostendemus contra Iansenium omnia opera infidelium non esse peccata.

DISPUTATIO IV.

De concursu multiplici Moralitatis in eodem actu.

Explicatis principiis moralitatis, restat agendum de concursu & comparatione diversarum specierum moralitatis respectu ejusdem actus, ut constet quo pacto sint aut non sint in eo compossibiles, & quem ordinem obfervent. Unde sit

ARTI-

ARTICULUS I.

Utrum idem numero actus possit simul habere duas species moralitatis, puta bonitatem ex subjecto, & malitiam ex fine operantis, vel e contra?

S. I.

Quibusdam praemissa difficultas resolvitur.

Suppono contra Gabrielem, & quosdam alios, eundem numero actum a voluntate elicited, posse successive esse moraliter bonum, & malum, sive transire de bono in malum, & e contra. Bonum enim & malum morale se habent respectu actus voluntatis, sicut verum & falsum respectu actus intellectus: Sed idem numero actus intellectus potest successive esse verus & falsus, ex sola variatione objecti, ut hic actus, Petrus sedet, est verus, Petro sedente, & postea falsus, ipso surgente & stante: Ergo pariter idem numero actus voluntatis potest successive esse bonus & malus, pro moralem mutationem objecti, quod in quo tempore est bonum & conforme legi, in alio malum ac ei difforme: v.g. potest homo velle vici carnis tempore licito, & hanc volitionem sine interruptione continuare eo tempore quo usus carnis non est illicitus, tunc vero manet idem actus in esse physico (cum sit continuus & non interruptus, ut apponimus) & tamen sit diversus in esse moris, & transit ab una specie moralitatis in aliam. Unde D. Thom. q. 2. de malo art. 4. ad 7. sic ait: Nihil prohibet aliquid esse idem numero secundum unum genus, quod tamen differt: sicut si sit aliquod corpus numero, sed specie differt: sicut si sit aliquod corpus continuum, in una parte album, & in alia parte nigrum, est unum numero, sed specie, in quantum, sed differt non solum numero, sed in aliquo actu continuo est coloratum. Et similiter fit in aliquo actu continuo primo feratur intentio ad bonum, & in alio malum, sequitur quod sit unus actus numero secundum suam naturam, sed tamen differt specie secundum quod est in genere moris.

Tota ergo difficultas ad hoc devolvitur, an idem actus voluntatis simul & eodem tempore possit diversas species moralitatis habere, & esse simul bonus & malus ex diversis principiis, puta bonus ex objecto, & malus ex fine; sicut cum quis dat eleemosynam propter vanam gloriam; vel e contra malus ex objecto, & bonus ex fine, ut dum quis furatur ad dandum eleemosynam? Quod ut magis declaratur, & status difficultatis clare percipitur, certaque ab incertis separantur.

Supponendum est secundo, actionem humanam quae ab operante ordinatur in finem malum, etiam si ejus objectum bonum sit, non esse bonum simpliciter, sed simpliciter malum. Hoc admittunt omnes Auctores, & docet expresse D. Thom. hic art. 4. ad 3. ubi ait: Non est actio bona simpliciter, nisi omnino bonitates concurrant, quia quilibet singularis defectus causat malum: bonum autem causatur ex integra causa, ut Dionysius dicit 4. cap. de Divin. nomin. Solum ergo difficultas est & controversia inter Theologos, an sicut in naturalibus potest idem subiectum retinere bonitatem quoad aliquid, & esse malum quoad aliud; ut argrotare pedibus, & non manibus; habere pueros oculos, & natum diemem; & sicut in artificialibus potest idem opus secundum unam partem esse pulcrum, & regulis artis conforme, & secundum aliam difforme, ac difformem, & regulis artis difformem, ita in moralibus eadem actio humana potest esse bona ex objecto, & simul mala ex fine operantis, aut ex alia circumstantia; vel quando malus finis aut circumstantia adiungitur objecto bono, totum eius bonitatem moralem tollit, ita quod actus ille tunc non possit dici bonus secundum quid, seu ex objecto. Eadem difficultas currit, cum actus est malus ex objecto, & bonus ex fine. Pro resolutione

Dico primo: Quando objectum est bonum, & finis malus, aut alii circumstantia (ut cum quis dat eleemosynam propter vanam gloriam, vel reddidit debitum uxori in loco sacro) non sunt duae species moralitatis, sed unica, nempe malitia, quae ex malo fine aut circumstantia redundat in objectum, ejusque bonitatem moralem omnino destruit. Est contra Cajetanum hic art. 8. & 9. & tom. 1. opus. tract. 17. responsione 14. quem sequuntur ex nostris Marcus a Serra hic art. 4. & extraneis Lorca, Granado, & alii.

Probatur primo conclusio ex D. Thomae, qui variis in locis eam videtur aperte tradere, nam in 2. dist. 38. q. 1. art. 4. sic ait: Cum aliquis vult dare eleemosynam propter inanem gloriam, hic est unus actus voluntatis, & hic actus totus malus est, licet non ab omni eo quod in eo est, malitiam habeat. Et hic q. 19. art. 7. ad 2. Voluntas (inquit) non potest dici bona, si sit intentio mala causa volendi: qui enim vult dare eleemosynam propter inanem gloriam consequendam, vult id quod de se est bonum sub ratione mali, & ideo prout est vox

Thom. Gonet, Tom. III.

litum ab ipso malum, unde voluntas ejus est mala. Et in resp. ad 3. Sive voluntas sit ejus quod est secundum se malum, & sub ratione boni; sive sit boni sub ratione mali, semper voluntas erit mala. Respondent Auctores, D. Thomam loqui de bonitate simpliciter, & non negare quod dare eleemosynam propter vanam gloriam, sit actus bonus secundum quid, seu ex objecto.

Sed contra primo: D. Thomam loco citato expresse dicit, quod quando aliquis vult id quod de se est bonum sub ratione mali, vultum ab ipso est malum. Et ibidem art. 2. ad 2. ait quod velle bonum quando non debet, si referatur ad vultum, tunc voluntas non est boni, quia velle facere aliquid quando non debet fieri, non est velle bonum; Sed illud vultum est objectum: Ergo ex D. Thomae quando actus a fine operantis, vel ab alia circumstantia vitatur, non remanet bonus etiam ex parte objecti, sed totus malus est, licet non totaliter, seu ex omnibus principiis quae ad illum concurrunt. Unde idem S. Doctor in 2. dist. 38. q. 1. art. 4. ad 4. dicit: Cum aliquis vult dare eleemosynam propter inanem gloriam, hic est unus actus voluntatis, & hic actus totus malus est, licet non ab omni eo quod in eo est malitiam habeat.

Contra secundo: D. Thomam hic art. 5. ad 4. docet, quod cum aliqua circumstantia actum, qui ex objecto esset bonus, reddit malum, talis circumstantia sumitur ut defectiva essentialis objecti, & specificat actum illum, ac prout dicit illi primam moralitatis speciem; si autem praedictus actus haberet simul bonitatem ex objecto, ab eo primario specificaretur, nec circumstantia daret speciem essentialis, sed accidentalem, ut patet: Ergo D. Thomae denegat huc actui bonitatem etiam ex parte objecti.

Contra tertio: Idem S. Doctor 3. Ethicor. lect. 7. docet 8 ex Aristotele bonum in moralibus ut bonum modo dicit, nempe simpliciter, idque explicat exemplo fugitivum, cui uno solum modo potest scopum vel punctum sibi praefixum attingere, & multipliciter ab illo deviare: Recurrendo operationis (inquit) uno solum modo contingit, peccatum autem in actione contingit infinitis modis, & inde est quod peccare est facile, quia multipliciter hoc contingit; sed recte agere est difficile, quia non contingit nisi uno modo, & ponitur exemplum, quia facile est recedere a contractu legitimo, id est punctum, sive in centro circuli, sive in quacunque alia superficie determinata signata: sed tanquam signum est difficile, quia contingit uno modo. Ergo ex D. Thomae actus non potest esse bonus simpliciter, nisi sit bonus simpliciter, seu ex omnibus principiis ad illum concurrentibus, nempe objecto, fine, & circumstantiis debitis: subindeque non potest esse bonus ex objecto, & malus ex fine operantis, aut ex aliis circumstantiis.

Probatur secundo conclusio ratione fundamentali, quam infinuat idem Doctor Angelicus locis supra citatis. Cum aliquis dat eleemosynam propter inanem gloriam, objectum illius actus, ut habet rationem objecti, & ut specificat, non est bonum, sed potius malum: Ergo non potest dare actui speciem boni. Consequentia patet. Antecedens probatur. Quando aliquis dat eleemosynam propter vanam gloriam, tunc eleemosyna secundum se & absolute non terminat hunc actum electionis, sed ut habet rationem medii ordinati ad malum finem; scilicet acquisitionem vanae gloriae: electio enim habet pro objecto medium ut conducens ad finem, & ad illum ordinatur: Atqui eleemosyna ut habet rationem medii ordinati ad malum finem, scilicet vanam gloriam, non est objectum bonum, sed malum: cum sub hac ratione sit instrumentum mali, & materia in qua exercetur vanae gloriae, sub specie misericordiae & caritatis, licet quantum ad sublevationem alienae miseriae habeat effectum eleemosynae: Ergo cum aliquis dat eleemosynam propter inanem gloriam, objectum illius actus, ut habet rationem objecti, & prout illum actum specificat, non est bonum, sed potius malum.

Confirmatur: Licet electio prius ratione terminetur ad medium, quam ad finem, in genere causae formalis, tamen in genere causae finalis prius terminatur ad finem: unde cum causa finalis sit simpliciter prior, eo quod agens non agit nisi motum a fine, hinc est quod simpliciter loquendo, cum aliquis eligit medium de se bonum ad obtinendum malum finem, v.g. eleemosynam propter vanam gloriam, praecedat malitia finis, & reitundatur in objectum sui medium, ejusque bonitatem extinguit. Unde Ambrosius Epist. 48. ad Demetriadem: *Insuper & ambicio, & proprium bonorum superbia desensio, possunt destruire eleemosynas, possunt evanescere martyria, & sua supplicia non ea fortitudine, quam Deus tribuit, sed ea quam de se presumpsit, excipiunt.* Hinc etiam hypocritis, seu appetitus vanae gloriae, fermento comparatur Lucae 12. *Nam sicut malicum fermentum totam farinam cui injicitur massam corrumpit, sic etiam simulatio, ejus semel animum imbecit tota virtutum sinceritate & veritate fraudabit,* inquit Venerabilis Beata lib. 4. in Lucam cap. 52.

K

Confir-